Dunin Szpot, Lubomirskie Quietat.

1187.

Comparens personaliter, coram Officio, et Actis pntibus Castren Capitan Premysliens, Gnosus Joannes Dunin Szpot, olim Perillustris et Admodum Reverendi Alexandri Dunin Szpot Archidiaconi Premysliens, Canonici Cracovien filiaster, et Successor legitimus. Sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprys et competentibus recedendo, pnti vero Castren Capitan Premysliens Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, bonisq suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq subyciendo, palam, libere publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse Illustrem et Magnificum Hieronimum Augustinum Comitem in Wisnicz et Jaroslaw Lubomirski Equitem Melitens, Abbatiae Tyneceens Administratorem, eiusq Successores, de summa Viginti Quatuor Millium florens polons, supradscripto olim Perillustri et Admodum Reverendo Alexandro Dunin Szpot, Archidiacono Premysliens, Contractu certo, inter supra scriptum Illustrem et Magnificum Lubomirski, Equitem Melitens ab una, et eundem Perillustrem et Admodum Reverendum Dunin Szpot Archidiaconem Premysliens, sui Recognoscens Patruum parte ab altera, ratione bonorum Villarum Kniszczyca et Staroniwa in Terra pnti Premysliens, et Districtu Prenorscensi iacens et consistens, tum et certarum rerum et conditionum in eodem Contractu expressarum, confecto, et conscripto, per eundem Illustrem et Magnificum Equitem Melitens ad soluendum assecurata, in se vero Recognoscentem, post fata eiusdem Perillustris et Admodum Reverendi, Dunin Szpot Archidiaconi Premysliens, uti sui Recognoscentis Patrui, iure diuino et naturali Successione deuoluta, nec non de eodem ipso Contractu, de Actu et data ipss Varsauiae die

639

Vigesima Tertia Maij, Anno Millesimo Sexcentesimo
1188 Sexagesimo Nono ratione suprascriptorum Conscripto,
et Actis quibusuis Authenticis Regni cum interpositio
ne Vadij Summæ Viginti Quattuor Millium florenorum po
lonorum roborato, manibus contrahentium subscripto, et
sigillis binis obsignato, eiusque Inscriptione Roboratoria
quietat, emittit, remittit, liberumque et absolutum per-
petuo pronunciat. Contractum præminatum eiusque In-
scriptionem roboratoriam, cum omnibus Conditionibus, li-
gamentis, et nexibus, in toto et per omnia cassat, mor-
tificat, et annihilat præsentibus, ac de bonis condescen-
dit. Recognoscens sibi Summæ memoratæ Viginti Qua-
tuor Millium florenorum polonorum plenariam et sufficien-
tem præstitam persolutionem.

Castellanus Premysliensis Zurowskiemu Roborat.

640 Comparens personaliter, coram Officio, et Actis præsen
tibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Illustris et Ma
gnificus Martinus Constantinus a Siecin, in Krasiczyn
Krasicki, Castellanus Premysliensis. Sanus mente et cor
pore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictio
nibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo,
præsenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni,
quo ad Actum hunc attinet, secum successoribus, bonisque
suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incor
porando, atque subijciendo, palam, libere, publice, ac
expressum recognouit. Quia ipse se ac suos successo-
res, iniet super bonis suis generaliter omnibus Sum-
misque pecuniarys quibusuis habitis et habendis, in
scribit et obligat præsentibus, Scriptum certum manu
ale, per se Recognoscentem, in rem et manus Generosi
Andreæ Zurowski, ratione certarum rerum et con
ditionum, in eodem Scripto Manuali contentarum, de Actu
et data illius, in Villa Sosnica, die decima Martij, Anno